

# EX ANGELI POLICIANI PRAEFATIONE

in Marci Fabii Quintiliani Institutiones Oratorias.



**Q**UINTILIANVM uero non nos quidem illum Ciceroni praeulerimus, sed has certe eius oratorias institutiones Rhetorici Ciceronis libris pleniores, uelut superiores esse existimamus, neque ab ipsa quasi infantia, atque ipsis incunabulis instituendum oratorem susceperint, summamque eius eloquentiae manum imposuerint. Itaque ne ipse quidem Cicero satis, quae de arte oratoria scripserit, probasse oia uideatur. Nam et Rhetoricos libellos, in ipsis quae de Oratore sint, haud usquequaque sequitur, et rudes ichoatosque adolesecenti sibi excidisse e manibus affirmat, et ab his ipsis de Oratore in alio ad Brutum libro idem de se fecisse neque in hoc quoque, quae extremum absoluerit, ulla de arte praecipua ponit, sed oratorem quasi ipsum informat, et quae dicenda sunt optimum genus, decernit. Ergo ut Plinius non in primis Aristotelem sequatur, statim illum Platoni antepositum, ita Quintilianum quoque Cicero non iterpretari maluimus, non quidem Cicero sacrosanctam illam gloriam detrectauimus, sed ad Cicerone festinatibus uobis egregie consulimus. Haec igitur de Quintiliano nostra fuerit. Sed neque iniustas uias indagamus, cum ueterum librorum auctorum in manus superimus, quae tamen si minus in usu consuetudineque hominum aliquot iam ante saeculum non uenerunt, non tamen ipsorum culpa, sed fortunae ac temporum iniuria effectus est. Quid enim nunc attinet superiorum calamitatis temporum memoria repetere, quae sine summo dolore facere uix pie possumus, quibus insignes illi, atque immortalitate dignissimi scriptores, partim a Barbaris caesi, saepeque laniati sunt, partim ab his ipsis ad nostrorum usque parentum memoriam uelut in carcerem coniecti, atque in coepedibus habiti, uix tandem aliquando, sicut erant semilaceri atque truci, multumque a seipsis immutati, suam hanc in patriam reuerterunt. Per quae igitur inhumantum saeculo a nobis fieret, si de nobis, deque maioribus nostris optime meritis insignis hos viros, dudum deposita capitis diminutione, iure postliminij ciuitatem repetentes, non uel qualubentissime agnoscamus, atque in ipsam, quae his maxime debet, laetitiam, suam in Rempublicam, suum in ordinem, atque adeo intra priuatos parietes nostros, intra nostrum sinum benigne admiserimus. Quod quidem si me nunc primum auctore adipiscenur, cur mihi tandem id uitio uertatur, aut cur non summa potius gratia ab omnibus habeatur, quod quasi mea priuata pecunia publicum omnium esse alie num dissoluere non dubitarem? Postremo ne illud quidem magnifecerim, quod horum scriptorum saeculo corrupta iam fuisse eloquentia obiciatur, nam si rectius inspexerimus, non tam corruptam atque deprauatam illam, sed dicendi mutatum genus intelligemus. Neque autem statim deterius dixerimus, quod diuersum sit, maior certe cultus in seculis est, crebrior uoluptas, multae sententiae, multi flores, nulli sensus tardus, nulla iners structura, omninoque non tantum sani, quin et fortes sunt omnes, et leti, et alacres, et pleni sanguinis atque coloris. Quapropter ut plurimum summi illis sine ulla controuersa tribuerimus, ita priora in his aliqua multoque potiora existere iure contenderimus. Itaque cum maximum sit uitium, unum tandem aliquando solumque, imitari uelle, haud ab re profecto facinus, si non minus hos nobis, quam illos proponimus, si quae ad nostrum usum faciunt, undique eliciamus, atque (ut est apud Lucretium)

Floris ut apes in salibus omnia libant,      Omnia nos itidem depascimur aurea dicta.

Atque hoc profecto est, quod cum diu M. Cicero Atticis illis limatis et emunctis oratoribus opera dedisset, post illa tamen et Rhodys et Asiaticos oratores aures comodat; quorum leti illi quidem, atque remissis; non inflati, uani, atque iactantes; utriusque non minores Atticis, quibus ab ipsis degenerantes existimarentur. Itaque egregie nobilis pictor, qui cum interrogaret quoniam in primis magistro proficisset, illo, inquit, populū uiuens, et recte id quidem. Nam cum nihil in natura hominum sit ab ope bonum, plurimum bona ante oculos ponenda, ut aliud ex alio hereat; et quae cuique conueniat, aptanda est. Est autem Quintiliano propositum, oratorem cum iuuere, quod fuisse neminem memorie sit potius, et moribus perfectus, et ois scia, ois, dicendi facultate sit absolutus, quaeque ratione soli sit destinatus, cum recens natus, quasi de maris gremio suum in sinu continuo accipit, nihilque sibi reliquum facit, quae quidem ad educandum, erudiendum, informandumque illum pertinere intelligat; nunquam a se ante dimissurus, quam cum uiuendi, sciendi, dicendi, oibus numeris perfectum atque absolutum, planeque oratorem summum singularique reddiderit. Atque ad hunc unum terminum, oes non suas modo sed oium, ut quae probatissimi foret, ueterum scriptorum sententiae, oiaque praecipua quasi sagittas in scopulum rectissime collineat. Ac definitione haec tenus. Utilitas autem tanta in his volumibus existit, quanta uix fortasse in unius alterius uere ex ois Graecorum latinorumque copia inuenientis. Marci Fabii Quintilianus ex Hispaniae oppido Calaguriae, maxime prope obsesum in eo Sertorio insigni, Nerone imperatore, a Galba (quae ipse se deinde imperator fuit) Romam adulescens admodum ductus est. Patre autem, quum colligimus, cum erudito viro, tum in Reipublicae administratione honestissimi uersato, ius est. Ipse cum ea tempore incidisset, quibus et Annius Seneca, et Iulius Africanus, et Vibius Crispus, et Tracallus, et Afer Domitius, aliaque Romanorum fortissimae ingenia illustrarent; Domitium in primis senem iam colendum sibi affectum, propositum hominem cum oium eius etatis oratorum eminentissimum, tum praecipua quadam facieturum atque urbani